



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XIX. An ieiunium sit Dei cultus Meritorius, & Satisfactorius?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

Idcirco etiam vlla se ieiunii lege teneri posse perpendunt. Si non iidem sint cum Begardis; certe eorum sunt quam simillimi.

PAPISTA. 2. Begardorum error est damnatus in Conc. Vienn. Et ante ortum eius S. Leo serm. 11. de quadrages. *Adest maximum sanctissimumque ieiunium, quod obseruantiã sui vniuersis fidelibus, sine exceptione denunciat. Quia nemo tam sanctus, ut non sanctior; nemo tam deuotus, ut non debeat esse deuotior.*

2. Etiam in tertium raptus cœlum ait, 1. Cor. 9. *Castigo Corpus meum.* &c. Et Mat. 11. *Nemo surrexit maior Ioan. Baptistam* coluit ieiuniũ; Ita & Mardocheus, Daniel, Dauid, Judith, Hester, Anna. &c.

3. Vana est autem iactantia perfectio- nis: cum Iacobi 1. *In multis offendimus omnes.* Vt, 1. Ioan. 1. *Si dixerimus, quia peccatũ nõ habemus, nos ipsos seducimus.* Cum quique fateri debeat istud, Rom. 7. *Sentio aliam legem in membris meis.*

Callianus, affinis errori, tria asserit Collat. 21. c. 29. 1. Iustos non subesse legi cogenti, cum sponte ieiunent. 2. Iustis facilius relaxari ieiunium indictum; ob certitudinem temperantiæ ipsorum, & caritatis. 3. Perfectos eos, qui totos ieiunant annos, nõ teneri lege ieiunij, cum plus offerat Deo quam eis præcipiatur. At hoc improbat: ob voluntariam

oblationem non oportet omittere Necessariam. Et lex communis omnibus excipit neminem; sed aut Ætas, aut Morbus, aut Necessitas, aut Labor. &c.

QVÆSTIO XIX.

An ieiunium sit Dei cultus meritorius & satisfactorius?

HÆRESIARCH. IOVINIANVS, teste Hier. l. 2. contra Iovin & Augustino l. de har. c. 82. dogmatizabat, nil ad salutem prodesse ieiunia, ciborumue delectum.

LUTHERO-CALVINISTÆ, vt Melanch. Brent. Kemnit. Calvinus, id ipsum propugnât. Non tamen omnem ad virtutes vtilitatem ieiunii proficere dissentunt.

PAPISTA. Ieiunium est & meritorium, & satisfactorium, & Impetratoriũ. Vnde Rom. 12. *Obsecro vos per misericordiam Dei, ut exhibeatis CORPORA vestra hostiam viuentem, λογικὴν λατρείαν, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrũ.* Loquitur de castigatione carnis, quæ potissimum fit ieiunio. Hinc Tert. l. de resurr. *Sacrificia Deo grata dico ieiunia.* S. Greg. hom. 16. ait Deo decimas & vitæ primitias quasi offerri. Tertul. ait lib. de iei u. *Sicut primum vsus cibi perdidit; ita ieiunium Deo satis facti.* Ibid. *Ieiunia agnitio- nem Sacramentorum de Deo merentur.* S. Aug. serm. 26. *Ieiunium aut remedium est, aut premium.*

F I N I S

Genealogiæ Luthero-caluinisticæ quadripartitæ.

GLORIA

DEO, Trisuno, Deipara, Diuisque Cœlitibus. Amen.

Hh 2

ANTI-

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Geistliche Harmonien
G L O R I A
1700

ANNA 1700